

# REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI, EIDEMQUE CLARISSIMO

Principi, ac Domino D. Joanni à Metzenhusen, Ecclesiae Treuirensis

Archiepiscopo merentissimo, sacri Romani Imperij p Galliam,

& regnum Arelatense Archicancellario, Principi Ele-

ctori, Domino suo indulgentissimo, Andreas

Placus, Moguntinus.

S. D.

P.



PTIMVM ratus, in hoc vere aureo renascentium Musarum seculo, Ioannes Archiepiscoporum eximie (quo nō modo tres illustres lingue passim discuntur, sed & quanto quæq; scripta sunt meliora, tanto pluris fiunt ab oīibus) me opam nauare, vt optimis studijs quisq; pro virili sua consulat. Et alias quidem incognita adhuc latinis auribus e Græco vertit, alias indoēt, vel perperam versa castigat; aut elimat, alias Latinos authores iniuria temporum depravatos, veterum collatione exemplarium restituit, aut obscuros explicat. Ego sane, quamvis omnium ῥητορικα, καὶ ἐπεισωμα, ne prorsus sim asymbolus, operæ precium putavi, si Dictionarium Biblicon ex probatiss. auctoribus colligerem, inq; publicum æderem, quo haec tenus per tot sæcula rudiores sacrarū literarum sacrificuli ægerrime caruerunt, de-

stitutique sunt misere, et si plena sint omnia dictionarij; sed omnia illa tamen omnia nō præstant, necq; omnes istiusmodi mystæ iuxta sunt soluendo, nec ad omnia coemenda bene nummati. Proinde cum dispicerem, cui nam hæc puerilium scholarum scybala (dixi sem vocabula) consecrari deberent, in primis ornatissime Archiepiscope tu dignus mihi visus es, cui hæc, tanquam optimo Patrono dicarentur. Näm ea es eruditione, & optimarum disciplinarum peritia præditus, & ihs perspicacissimi ingenij dotibus polles, eaque viæ inculpatæ sanctimonia commendaris, vt hoc implume plane Lexicon Biblicon, libenter in finum tuum, sub protectionis tue alis fouendum, atque tutandum conuulet, nimirum vt ipsum aduersus morosos quosdam sycophantas, & vitilitigatores, qui perinde veteribus ac nouis offenduntur, tuo patrocinio defensites. Nisi enim de ingenij tui, morumq; facilitate (quam coram expertus sum) mihi certo constaret, ego memetipsum profecto impudentiæ, audaciæ que reum peragerem, qui cum probe sciam, te præcipua quodam dignitate ornatum, inter istiusmodi ordinis viros in primis excellere, tamen nugas meas Celsitudini tue dicare non erubescam. Verum cum nemo sit qui ignoret, te ea humanitate, comitate, benignitate denique prædictum esse, vt studiosis omnibus candidissime faueas, atque ita faueas, vt ihs quæ te digna ad te adferuntur, præconio tuo non desolum authoritatem, sed etiam quæ tua amplitudine longe inferiora sunt, benigne accipias, prorsusq; erga studiosos omneis Mecœnatem quendam agere soleas: non dubitaui prima ingeniolí mei foeturam (ðsi non abortiuam) tibi mittere. Ea est syluula quodam Biblicalum dictionum obscuriorum, quam rudem & inchoatam euulgare me coegit, multis literis, ac quotidiana propemodum efflagitatione ἀγνόης ηγή ἀφεδῶς R.P. Epitro-  
ji pus no-

## E P I S T O L A

pus noster Nicolaus Herborn, iam prohdolor vita functus, ad communem Christiani-  
norum vtilitatem. Itaq; hac incitatione hocq; nomine permotus (quod lenocinabatur) syl-  
lulum hanc, vsum aliquem sacrarum literarum studiosis allaturam, nihil ambigens ædi-  
di. Necq; omnino ab re ad tuam configio tutelam patrocinandus, quum viderem complu-  
res iuxta doctissimos olim viros, regibus suas lucubrations, veterum more inscripsisse, &  
nuncupatim dedicasse. Nec refert qua materia, modo non obscaena, non insubida. Quan-  
do ea literarū dignitas & quasi prærogatiua semper fuit, vt dicari eas sibi principes, & ho-  
nestum & gloriosum putarent, adeoq; nullū genus fastiditū est, vt Iulius Pollux ad Com-  
modum Cæsarem de Grammatica, Vitruvius ad Augustum de Architectura, Oppianus  
ad Antonium de Piscibus, Diophanes ad Deiotarum regem de Agricultura scripserint:  
ego autem Lexicon Biblicum, quod anno superiori inchoaram, monentibus: imo (vt sim-  
pliciter dicam) compellentibus optimis iuxta ac eruditissimis viris, per se etiam, grauissime  
reprehendendus fuisset, nisi illud quale quale est, numini tuo consecrassem. Futurum enim  
erat, vt cum alia, tum illud quoq; diceretur, ideo me tibi hoc ipsum dicare noluisse, quia ne-  
scirem, aut quantum semper ingenjs fauisses, aut quo demū animo Archiepiscopus Tre-  
uirorum factus, in bonos ac studiosos homines futurus essem. Porro Nicolaus quintus, olim  
Rhomanæ sedis Pontifex, cum ei renunciatum esset, quosdam esse Romæ vates, q; bonos  
versus facerent, negavit bonos esse. Cur enim (inquit) ad me non veniunt, qui Poetis eti-  
am malis pateo? Moleste tulit Antistes sapientissimus, in vrbe sua esse, qui literas callerent,  
& nescirentur. Quanto mihi iustius tu succenseas, antistitum ornatissime, si commisero  
(non quod mihi omnium & mouerat, hoc vindicem nominis docti, qui tam longè ab  
hac nomenclatura absunt, quam album à nigro, cœlum à terrâ, dicam Græce, quo dicam  
melius, ἐκ διαμέτρου, καὶ διεστὸν πασῶν) vt hi labores mei inexhausti, quicunq; sit eorum  
Genius, atrati, hoc est, sine auspicio tuo in lucem prodeant: Nam cui, quæ so alijs salutem, &  
dignitatem eoꝝ, quam tibi commendaturus essem, quos simulatq; suscepisses, periculum  
non esset vt (quæ tua felicitas est atq; authoritas) denuo pessimorum latronum præda fie-  
ret. Atqui leuiora sunt quædam fateor, & forte etiam tritiora, quam vt admisceri debue-  
rint, sed ea excusabit, quod tyronibus & mystis rudioribus, & qui vix dum summis digi-  
tis, ὡς φαστοί, literas sacras attigerūt, morem gerere voluimus, & viam ihs leuigare, ne mox  
sentibus & exordiis difficultate terrenenur. Quæ vt boni consulant legentes vehementer eti-  
am atq; etiam rogamus, veniamq; dent primum experienti, nec prius criminentur audas-  
ciam nostram, quam quo animo iudiciorum aleæ me obijcam, perpendent. Hoc igitur  
quicquid est farraginis ex Classicis pariter ac præstantissimis authoribus excerptissimus, il-  
lorum est fructus: præter laborem meum nihil est: si quid perplacebit, illis adscribant, &  
hortatori, cui quantū in studio literarum profeci (si quid profeci) vt præceptor i neutiquā  
poenitendo totum acceptum referam necesse est: sin secus, nostræ condonent ignorantiae,  
& imperitiæ, qui intellectum habeam fortasse Cimmerijs tenebris obscuriorem. Permul-  
ta tamen in eo libro ferè vulnera sanauimus, aut certe, quemadmodum sanari possent, cō-  
monstrauimus. Præterea innumera loca mendoza obiter correxiimus. Nec omnium ta-  
men par conditio. Aliqua paulo pluribus verbis explicuimus. Nec mihi fiducia eiusmodi  
fuit, vt (quod Fabius quoq; dixit) ea sola esse contendam. Scio aliquos quædam inuen-  
turos adhuc, qui sagacious indagare voluerint. Ego vero tametsi quatenus mediocritate  
valui, sumnum in ihs querendis, & exponendis studium adhibui, qui tamen nec omnia  
scire profiteor, & conniuere multo saepius, atq; falli proprium est hominis, paratus sum, in  
hoc præsertim Dictionario, non pudorem modo adire deprehensus, sed & culpe pro viri-  
bus satisfacere. Reliquum est, Antistes Clarissime, vt theologos omnes, fidei tuæ concre-  
ditos, ita tueare, vt omnes & singuli intelligent, te non modo religionis Christianæ, sed eti-  
am studiorum, & bonarum artium esse principem. Falleris, si alium fuisse Præfulem existi-  
mas, de quo sibi omnis ordo, sexus, ætas, vel maiora, vel plura spoponderint. Supparasita-  
ri nescio: et si sciam, nolim. Facere tamen non possunt homines, potissimum eruditati que  
studiosi, quin summa omnia de te sibi etiam tacente polliceantur. Huius autem rei fructū  
satis vberem me consecutum reor, si Lexicon hoc meum in clienteiam tuā suscepis, atq;  
ita suscepis, vt opinionem de illo iam receptam, non solum agnoscere, verum etiam ad-  
probare videaris. Conuellii siquidem existimatio eius nullo modo potest. Habeatur in ma-  
nibus

## N V N C V P A T O R I A.

nibus, teritur, celebratur, colitur, exosculatur. **Vix** tamen dici potest, quantum ornamen-  
ti atq; præsidij authori patrocinium tuum adferre posse videatur. Perexiguum quidem est  
munuscum, Præful amplissime, & ad dignitatem tuam leue ac impar, sed pro eo, quāti  
T. C. facio, confido tibi fore non iniucundū, cum tu quoq; soleas τῇ προθυμίᾳ τῷ διδόνε-  
τῷ ὃν τῇ χερᾳ τῷ διδομένῳ τῷ, χάριψ διαμετρήσαι, id est, gratiā propensione animi, nō  
rei quæ datur æstimatione perpendere: præsertim si ab Andrea tuo proficiscitur Placo.  
Cæterum, vt receptui canam, non patitur epistolaris angustia, vt virtutes tuas hic depræ-  
dicem (alias forsan tempestiuus ebuccinatus) quas non solum Treuerica regio suspi-  
cit, sed & tota Germania admiratur. Neq; em latere potest virtus, volumen illæ haud exi-  
guum defyderent. Sed quid prodest soli addere lumen? Cum nihil sit magis absurdum,  
n̄ τῷ ἡλίῳ δὲ φῶς δενεῖση. Maiore tñ voluntate, quām facultate ornare te volumus. Qd̄  
si minus voto nostro rñdebit euentus, ingeniu in causa esse potest, voluntas non p̄t. Utinā  
rā possim quām velim. Verū enim uero meæ inscitiæ conscius. Non me clām est illud, Εἰς  
ἔγκε δύδεις ἀνήρ, id est, vñus vir, nullus vir, haud dissimile, & istud, Εἰς ἀνήρ δὲ πανθός.  
Quod sane significat neminem vnum, ne maximo quidem rerum vñu atq; experientia, tan-  
tam deniq; consequi posse experientiam ac solertia, vt omnia per se dispiciat, nec vlla ita  
re hallucinetur atque decipiatur. Itaq; meæ paruitatis conscius, onus humeris impar assu-  
mo. Quis enim omnia complecti possit, aut cum digno stylo tanta decora se narraturum  
speret? Non verbis nec cogitatione quidem complecti quenquam posse puto. Cum is sis  
quem omnes cumprimis admirari, deinde colere & obseruare debent, cum propter innu-  
meras virtutes, quibus p omnes ætatis gradus florueristi, constet te esse vnicum virtutis iu-  
bar, cumque & animi prudentia, & fidei integritate perpolleas, vt plæbis tuæ fama iam te  
vnum adpellitet, te vnum admiretur. Ita magnifice, splendideq; gessisti, vt omnium iudi-  
cio, tua præclara gesta admiraturi potius quām æmulaturi posteri videantur. At ego nūc  
mei pene oblitus: non historiam, non encomiasticon scribere proposui, sed epistolam: in-  
qua & si non nisi vera, non tamen omnia quæcunq; dici possent explanare, nec animus, nec  
ratio poscit. Quam ad T. C. mittimus, vt hoc à me dicatum opus, veluti numine quopiam  
protectum, maiorem populi tui gratiam demereatur. Nam literas amas scio, literatos præ-  
sidio foues, tu opibus iuuas, tu studiosorum cōmertio oblectaris. Inter quos tametsi coma-  
plures habeas insignes, vnum tamen atque alterum præcipuos, Dominū Matthiam à Sa-  
räastro officialem tuum Treuerensem, virum cum ob morum grauitatem, tum ob infi-  
gnem literaturam, non immerito tibi charum, & Iustinum Goblerum, quem vtriusque  
glossæ exornat peritia. Felicissimus in pangendis carminibus, in oratione soluta admirabi-  
lis, & integerrimus vir, cui dedit ore rotundo Musa loqui, qui non modo Alēmaniz-  
am omnem, sed & totam Europam suæ eruditionis iubare, Deo Optimo Ma-  
ximoq; auspice, illustratus est. Vale Archiepiscoporum Ioannes, Fe-  
licissime, longumque nobis viue, & me hominum ex Caria,  
corum albo adscribe, qui tui sunt amantissimi. Confluens  
tit. Anno à Christo nato M. D. XXXVI,  
ipso die Natalitij virginis,